



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Puchra responsio senis facta fratri, qui à tristitia impugnabatur. Capvt  
CCVIII.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

cens: Venerunt quidā, & tulerunt me in Ecclesiā, locutiq; sunt clericis, & baptizauerunt me. Et dixerunt ad eam: Qui sunt illi? Cū vero non posset dicere, qui essent, illi abeuntes nunciauerunt Episcopo. Dixit autem Episcopus his, qui ad baptizandum constituti erant. Vos illam baptizastis? Et confessi sunt se illam baptizasse exoratos ab illis Augustalib. Porro accersitis ex Pretorio his, quos clerici dixerant, dixit Episcopus: Num ipsi pro ista fide iussistis? Qui dixerunt: Neq; nouim⁹, neq; conscij sumus nobis hoc fecisse. Tunc vero iam cognouit Episcopus, Dei hoc opus esse. Conuocansq; illam dixit ei: Dic mihi, filia, quid gelsisti boni? Quæ ait, meretrix existens, & pauperula quid boni operari potui? Dixit illi Epi. Nihilne omnino operata es? Dixit ei: Non, nisi quod videns quendam, qui à creditoribus permebatur, se suffocare volentem, data illi omni substantia mea liberaui eum. Et his dictis continuo obdormiuit in Domino. Tunc Episcopus glorificans Dominum dixit: Iustus es domine, & rectum iudicium tuum.

*1 Vide quod baptizati antiquitus alba veste induebantur.*

*Pulchra responsio senis facta fratri, qui à tristitia impugnabatur.*

C A P V T C C V I I I .

**F**Rater, qui à tristitia impugnabatur, interrogauit senem dicens: Quid faciam, quia cogitationes meæ insurgunt aduersum me dicentes: Inutiliter, & importunè renunciaasti, saluari non potes. Dixit ad eum senior: Scis, frater, quia & si non possumus terram repromissionis ingredi, expedit nobis, vt cadamus in deserto, quam vt reuertamur <sup>1</sup> in Aegyptum.

*Pulchra*

*Ecce nunquam debere Monachum institutum suum  
deserere.*

*Pulchra admonitio cuiusdam sancti viri super ver-  
bis orationis Dominica, & ne nos inducas  
in tentationem.*

## CAPVT CCIX.

**D**ixit quidam sanctorum : Cum oramus ad  
Dominum dicentes : Ne nos inducas in ten-  
tationem : non vt non tentemur oramus,  
hoc enim possibile non est, sed ne à tentatione ab-  
sorbeamur, si aliquid agamus, quod displiceat  
Christo, hoc enim est nō intrare in tentationem :  
Sancti enim martyres tentati per supplicia, nec  
superati, non intrarunt in tentationem, sicuti ne-  
que qui pugnat cum bestia, quousque non de-  
uoratur ab ea : Cum verò deuoratus fuerit, tunc  
introiuit in tentationem. Ira & in omni passione  
fit. Neq; enim intramus in tentationem, nisi à  
passione superemur.

*Quomodo sanctus Episcopus altercantem  
secum alterum humilitate  
superauerit.*

## CAPVT CCX.

**Q**UIDAM ex patribus narrauit de duobus  
vicinis Episcopis, quòd aliquando inter e-  
os similtas quædam exorta sit. Erat autē  
ex his alter quidem Diues, & astutus, alter verò  
humilis valdè : Quærebatque astutus ille alium  
lædere. Quòd cum ipse comperisset, ait clero  
suo